JOH. GUILIELMI BAIERI

COMPENDIUM

THEOLOGIAE POSITIVAE,

ADJECTIS NOTIS AMPLIORIBUS,

QUIBUS

DOCTRINA ORTHODOXA AD ΠΑΙΔΕΙΑΝ ACADEMICAM EXPLICATUR
ATQUE EX SCRIPTURA S. EIQUE INNIXIS RATIONIBUS
THEOLOGICIS CONFIRMATUR,

DENUO EDENDUM CURAVIT

CAROL. FERD. GUIL. WALTHER,
SS. Theologiae Doctor et Professor.

EDITIO AUCTIOR ET EMENDATIOR.

INDICES

FECIT

THEO. BUENGER.

IN URBE SANCTI LUDOVICI
EX OFFICINA SYNODI MISSOURIENSIS LUTHERANAE.
(Concordia Publishing House.)
MDCCCIC.

INDICES.

I. INDEX RERUM, NOMINUM, AUTORUM.

---

*) Anno 1570 revocavit errorem. cf. Unschuld. Nachr. 1719, p. 769.

II. INDEX LOCORUM SCRIPTURAE

explicatorum aut ita citatorum, ut explicata videantur.

Genesis.

Exodus.

Leviticus.

Numeri.

Deuteronomium.

Josua.

Judicum.

I. Samuelis.

I. Regum.

II. Regum.

I. Paralipomenon.

II. Paralipomenon.

Nehemias.

Esther.

Jobus.

Psalmi.

Proverbia.

Ecclesiastes.

Jesaias.

Jeremias.

Ezechiel.

Daniel.

Hosea.

Amos.

Jonas.

Micha.

Zacharias.

Malachias.

Matthaeus.

Marcus.

Lucas.

Johannes.

Acta Apostolorum.

Epistola ad Romanos.

Epistola I. ad Corinthios.

Epistola II. ad Corinthios.

Epistola ad Galatos.

Epistola ad Ephesios.

III. AXIOMATA ET DICTA PRAESTANTISSIMA NONNULLA,

quae in compendio sive afferuntur sive explicantur.

De Theologia.

1. Notitia Dei naturalis aut nulla aut imperfecta aut languida est. I, 18.

2. Sapientia praecedit, religio sequitur, quia prius est Deum scire, consequens colere. I, 13.

3. Mentem scientia tingit et aspergit, cordis autem motus inconditos nimis languide subigit. I, 19.

4. Distinguendum est inter *conceptum* Dei, ex creaturis ab ethnicorum mente haustum, et inter conceptus illius *applicationem;* ille fuit legitimus, haec vero minime. I, 24.

5. Quod in verbo Dei non est revelatum, non est theologicum. I, 43.

6. Verbum Dei condit articulos fidei et praeterea nemo, ne angelus quidem. I, 46. 86.

7. Articuli fidei ad salutem necessarii sunt omnium temporum. I, 48.

8. Quilibet articulus fidei in S. Scriptura habet propriam suam et nativam *sedem,* ex qua etiam judicari debet. I, 49.

9. Fides est una copulativa. I, 50.

10. Wer einen Artikel nicht recht gläubet, der gläubt gewisslich keinen mit Ernst und rechtem Glauben. I, 50.

11. Fundamentum non generat fidem, aut causat salutem, nisi cognitum. I, 53.

12. Du kannst nicht sprechen: Ich will christlich irren. I, 60.

13. Quidam articuli fidei etsi salva fide possint ignorari, attamen eadem salva negari nequeunt. I, 60.

14. Non omne dogma, quod ex sua natura aliquod fidei necessario praesuppositum aut eam consequens astruit vel destruit, idem in hominis cujusque mente illud efficit. I, 62.

15. Ein jegliche Lehre hat ihre Masse, Zeit und Alter. III, 595.

16. Errare potero, haereticus non ero. I, 64.

17. Christum recht lehren und bekennen, ist nicht möglich ohne den Glauben. I, 70.

18. Oratio, meditatio, tentatio faciunt theologum. I, 72 s.

19. Theologia (habitualiter considerata) est habitus intellectus θεόσδοτος practicus, per verbum a Spiritu S. collatus. I, 76.

20. Theologia (abstractive consid.) nil aliud, quam ipsa Scriptura s. in certos locos concinno ordine et perspicua methodo redacta. I, 76.

21. Moderati animi est cum ecclesia non solum reverenter sentire, sed etiam loqui. II, 56.

22. Malumus cautam ignorantiam confiteri, quam falsam scientiam profiteri. III, 451.

De Scriptura.

23. *Οὐδὲν ἄτερ γραφῶν.* I, 165.

24. Non scriptum non est sentiendum. I, 82.

25. Error est, quicquid contra Scripturam decernitur. III, 451.

26. Christianos volentes accipere firmitatem fidei ad nullam rem confugere decet, quam s. Scripturam. III, 451.

27. Multa continentur *ἐν γραφῇ,* quae non continentur *ἐν γράμματι.* I, 81.

28. Articuli fidei in se non sunt contra rationem, sed solum supra rationem. I, 84.

29. Quod manu apostolorum scriptum est, ipsa manu Dei scriptum est. I, 95.

30. Unus apex doctrinae plus valet, quam coelum et terra. I, 99.

31. Plus mihi valet unus locus Scripturae, quam omnes doctores per Eccium adducti. III, 624.

32. Mir ist also, dass mir ein jeglicher Spruch die Welt zu enge macht. I, 99.

33. *Θεόπνευσις* est Scripturae s. anima, a qua habet suum esse divinum ac *αὐτόπιστον*. I, 95.

34. Prophetae et apostoli sic arguere solent reprehensibiles in aliquo populo, quasi omnes arguantur, et sic alloqui laudabiles, quasi omnes ibi laudentur. III, 579.

35. Ad omnes apostoli scripserunt, dum ad quosdam. I, 107.

36. Johannes par esse putavit, tam praesentibus, tam futuris hujus evangelii conscriptione consulere. I, 107.

37. Was ich verstehe, ist vortrefflich; ich schliesse daher ebenso auf dasjenige, was ich nicht verstehe. I, 124.

38. Quisquis adhuc prodigia inquirit, ut credat, magnum ipse prodigium est, cum toto mundo credente non credat. I, 129.

39. Quibus argumentis olim persuasi fuerunt auditores, ut crederent apostolicae praedicationi, iisdem argumentis etiam hodie persuadeamur, credere ipsorum scriptis; eadem enim, quae docuerunt, scripserunt. I, 134.

40. Quando quaeris, num hoc illudne dogma sit Lutheranum, hoc cognoscere debes ex symbolis, tumque sunt norma hujus cognitionis. Ubi autem quaeris, num hoc illudne dogma verum an falsum sit, id certe non ex symbolis tanquam norma, sed ex Scriptura sacra cognoscendum est. I, 140.

41. Non propter testimonium, sed per testimonium ecclesiae, scriptum hoc Deum auctorem habere, credimus. I, 142.

42. In disputatione de libris Scripturae ecclesia non habet illam potestatem, quod potest ex falsis scriptis facere vera, ex veris falsa, ex dubiis et incertis facere certa, canonica et legitima sine ullis certis et firmis documentis. I, 151.

43. Habet scriptura inseparabilem comitem Spiritum Sanctum. Spiritus semper conjungitur cum verbo. I, 157.

44. N. V. C.: Sacramenta extra usum non sunt, ita nec verbum extra usum est. I, 157.

45. Est ratio non dux theologiae sed pedissequa. Serviat ancilla Hagar dominae, non imperet: imperium affectans aede sacra eliminetur. I, 183.

46. Spiritus S. in Scriptura et per Scripturam loquens est supremus judex. I, 184.

47. Ueber der Lehre zu erkennen und zu richten, gehöret vor alle und jede Christen, und zwar so, dass der verflucht ist, der solches Recht um ein Härlein kränket. I, 187.

48. Articuli fidei non sunt sibi invicem opponendi. II, 18.

49. Sit bonus interpres, nunquam mala verba nocebunt,
Sit malus interpres, nunquam bona verba juvabunt. III, 503.

50. Quae verba singula ita determinantur, ut omnibus tropis rimas obstruant, ea non tropice sed literaliter intelligenda sunt. III, 516.

51. In hoc nobis est constanter perseverandum, quod Deus non velit nobiscum aliter agere, nisi per vocale verbum et sacramenta, et quod, quidquid sine verbo et sacramentis jactatur ut spiritus, sit ipse diabolus. I, 89.

De Deo.

52. Fecisti nos, Domine, ad te, et inquietum est cor nostrum, donec requiescat in te. I, 9 s.

53. Si non potes invenire, quid sit Deus, tamen caveas de eo sentire, quod non est. II, 59.

54. *Σαφῆς τῆς ἀπιστίας ἔλεγχός ἐστι, τὸ πῶς περὶ Θεοῦ ζητεῖν.* III, 137.

55. Praesentem monstrat quaelibet herba Deum. I, 20.

56. Est essentia Dei τὸ πᾶν καὶ οὐδέν. II, 11.
57. In Deum non cadit accidens. — In Deo nihil est mutabile vel amissibile. II, 11.
58. Nihil est in Deo, quod non sit ipse Deus. II, 12.
59. Condescendit nobis Deus, ut nos consurgamus. II, 12.
60. Attributa divina de se mutuo possunt praedicari in abstracto, quatenus sunt in Deo, non autem quatenus sunt in nostris conceptibus. II, 13.
61. Facilius, quid non sit, quam quid sit Deus, explicatur. II, 14.
62. Quaecunque de Deo dicimus, οὐ τὴν φύσιν, ἀλλὰ τὰ περὶ τὴν φύσιν insinuant. II, 15.
63. Deus, si unus non est, non est. — Ἡ πολυθεότης ἐστὶν ἀθεότης. II, 17.
64. Unum nomen, una deitas. III, 457.
65. Enter, praesenter Deus hic et ubique potenter. II, 22.
66. Dic, ubi tunc esset, cum praeter eum nihil esset:
Tunc, ubi nunc, in se, quoniam sibi sufficit ipse. II, 22.
67. Nichts ist so klein, Gott ist noch kleiner; nichts ist so gross, Gott ist noch grösser. II, 23.
68. Supra et extra omnes creaturas nihil est, quam solus Deus. III, 61.
69. Für Gott stehet es alles in einem Augenblick. II, 30.
70. Extra Deum nihil existere potest, quod effectum in Deo producat. II, 33.
71. Voluntas antecedens, etsi proprie loquendo absoluta non sit, vere tamen et absolute universalis est. III, 10.
72. Deus vult seipsum ut finem, creaturas ut media. II, 34.
73. Voluntas Dei semper impletur, aut de nobis, aut a nobis. II, 35.
74. Deus ita misericors est, ut sit etiam simul justus. III, 13.
75. Deus, qui legem a superiore latam non habet, ipse sibi lex est. II, 40.
76. Ea Deus tantum potest, quae sunt possibilia. III, 13.
77. Deus factum infectum facere nequit. II, 42.
78. Tutius in voluntate divina, quae tota facti ratio est, acquiescamus. III, 102.
79. Qui libere naturae leges dedit, seipsum naturae legibus et ordini non obstrinxit. II, 43.
80. Deus *in* tribus personis subsistit, non *ex* illis componitur. II, 56.
81. Θεοῦ γέννησις σιωπῇ τιμάσθω. II, 66.
82. Filius, ut est persona, est ex alio; ut simplicissimum ens, non est ex alio. II, 68.
83. Quid sit nasci, quid processus, me nescire sum professus. II, 70.
84. Ex discrimine personarum reali oritur earum ordo cum in subsistendo tum in operando. II, 71.
85. Opera Dei ad extra sunt indivisa. II, 74.
86. Μόνον ὄντως ἄϋλον τὸ θεῖόν ἐστι καὶ ἀσώματον. II, 107.

De Creatione, Angelis, Imagine Dei, Providentia.

87. Caetera Deus non jussisset fieri, nisi decrevisset hominem facere. II, 102.
88. Macrocosmus in gratiam microcosmi est conditus. II, 102.
89. Angeli sunt incorporei πρὸς ἡμᾶς, sed corporei tamen respectu Dei. II, 107.
90. Dicuntur mali angeli non ortu, sed lapsu, non entitate, sed qualitate. II, 121.
91. Imago Dei et justitia originalis habent se ut totum et pars. II, 147.
92. Si Deus manum suam vel ad momentum rebus quibuslibet subtraheret, e vestigio reciderent in nihilum. II, 164.
93. Deus novit quiescens agere, et agens quiescere. II, 166.
94. Conservatio est creationis continuatio. II, 167.
95. Non restituitur homo sanitati per herbas, sed per Dei verbum. II, 169.
96. Voluntas Dei mensura rerum est, sermo ejus finis est operis. II, 169.
97. Permittit Deus peccata, cum impedire non teneatur. II, 173.

De Novissimis.

98. Coelestia futurae beatae experientiae rectius reservantur, quam scrupulose disputantur. II, 197.

99. Non erit ibi invidia disparis claritatis, ubi in omnibus regnabit unitas caritatis. II, 197.

100. Omnibus una salus sanctis, sed gloria dispar. II, 198.

101. Qui summum bonum non assequuntur, malum summum non effugient. II, 204.

102. *Μὴ ζητῶμεν, ποῦ ἐστιν* (sc. infernus), *ἀλλὰ, πῶς φεύγωμεν.* II, 220.

103. Mors tua, judicium postremum, gloria coeli,
Et dolor inferni sunt meditanda tibi. II, 224.

104. Grano seminis non deest, quod erat; sed adest, quod non erat. II, 247.

105. Illud resurget, quod cecidit. II, 249.

106. Vom ganzen Haufen (sc. Judaeorum) mag hoffen, wer da will, ich habe da keine Hoffnung, weiss auch davon keine Schrift. II, 257.

De Peccato.

107. Ubi *ἀνομία*, ibi peccatum II, 208.

108. Conscientia erronea non obligat sed ligat, sufficit ad vitium non ad virtutem. II, 269.

109. Deus quaedam vult, ut bona, quaedam permittit, ut mala. II, 40.

110. Dominus peccata peccatis punit. II, 273.

111. Hoc peccatum haereditarium tam profunda et tetra est corruptio naturae, ut nullius hominis ratione intelligi possit, sed ex Scripturae patefactione agnoscenda et credenda sit. II, 281.

112. Propensio ad malum dicitur peccatum, non quatenus est entitas positiva et quoddam agendi principium, sed quatenus perfectione debita destituta et male agendi principium est. II, 287.

113. Privationis voce non extenuatur, sed exaggeratur potius peccati atrocitas. II, 287.

114. Voluntas Adami interpres erat voluntatum omnium omnino eorum, qui in lumbis vel femore ejus erant. II, 291.

115. Liberum arbitrium post peccatum res est de solo titulo, et dum facit, quod in se est, peccat mortaliter. II, 297.

116. Tota quaestio est de libertate ratione objecti. II, 298.

117. A praecepto ad posse N. V. C. II, 299.

118. Deus saepe ea jubet, quae vult in nobis efficere, et sua in nobis opera coronat et remuneratur. II, 299.

119. Quales primi parentes erant post lapsum corpore et anima, tales procreati sunt omnes. II, 306.

120. Quaedam sunt per se peccata quaedam vero *κατ' ἄλλο*, propter aliud. II, 309.

121. Justus in omni bono opere peccat. II, 309.

122. Ignorantia facti minuit peccatum et excusat a certa specie peccati, non a peccato omni. II, 316.

123. Omne peccatum, etiam minimum et cordiale, etiam in regenitis, natura sua et per se est mortale, legaliter. — Omne peccatum, etiam maximum, evangelice ex parte Dei est veniale. — Omne peccatum in irregenitis, etiam minimum, est actu mortiferum. II, 320.

124. Eides per quodvis peccatum mortale excutitur et amittitur. III, 172.

125. Consulo, praecipio, consentio, provoco, laudo.
Non retego culpam, non punio, non reprehendo,
Non obsto, sed praecipio et defendo aliena. II, 322.

126. Faciens et consentiens pari poena plectendi sunt. III, 716.

127. Non omnia peccata sunt aequalia. II, 324.

128. Nullum datur peccatum sua natura veniale. II, 325.

129. Homo putans se ad gratiam velle pervenire faciendo, quod in se est, peccatum addit peccato, ut duplo reus fiat. II, 326.

130. A debito proprie ad debitum improprie et figurate acceptum (quale peccatum est) N. V. C. III, 12.

De Christo.

131. Benificam voluntatem Dei Scriptura verbis, Christus lacrymis, Deus ipse juramento testatam fecit. III, 7.

132. Tolle morbos, tolle vulnera et nulla causa est medicinae. III, 19.

133. Si homo non periisset, filius hominis non venisset. III, 19.

134. O beata culpa, quae talem meruit habere redemptorem! II, 293. III, 102.

135. Τὸ ἀπρόςληπτον ἀθεράπευτον. II, 143. III, 21.

136. Voces Filii Dei et Filii Hominis in casu recto denotant personam, quae habet naturam sive divinam, sive humanam. III, 23.

137. Divinitas assumendo carnem agit, non patitur physice. III, 23.

138. Non Deus caro factus, sed Deus in carnem transmutatus Deus esse desinit. III, 24.

139. Assumptione humanitatis non augetur aut perficitur Deus, quia non est, quo crescat divina perfectio. III, 48.

140. Verbum non suscepit personam hominis, sed naturam hominis. III, 25.

141. Ἅμα σάρξ, ἅμα λόγου σάρξ. III, 26.

142. Animam creando assumpsit, et assumendo creavit. III, 26.

143. Non unitio sed unio est reciproca. III, 31.

144. Caro nunquam et nullibi est extra λόγου, et λόγος nunquam et nullibi extra carnem. III, 33. 36.

145. Homo est Deus non οὐσιωδῶς, sed ὑποστατικῶς. III, 40.

146. Christus secundum carnem est Filius Dei naturalis non adoptivus, quia non existit extra Deum, sicut adoptans alias existit extra adoptatum. III, 41.

147. Christus passus est ἡσυχάζοντος τοῦ λόγου. III, 46. 71. 78.

148. Christum dicimus Deum et hominem in una persona non confundendo naturas nec dividendo personam. III, 48.

149. Quae Scriptura Christum in tempore accepisse affirmat, ea non dicit secundum divinitatem accepisse (secundum quam omnia ab aeterno possidet), sed quod persona Christi, ratione et respectu humanae naturae, ea in tempore acceperit. III, 54.

150. Si humana natura Christi non potuit particeps fieri omnipotentiae caeterarumque proprietatum Verbi propter illarum infinitatem, certe propter eandem causam neque ipsius λόγου potuit esse capax. III, 58.

151. Es ist alles durch und durch voll Christus, auch nach der Menschheit. III, 63.

152. In Christo homine non est ἄλλος καὶ ἄλλος, sed tantum ἄλλο καὶἄλλο. III, 66. (23. 35.)

153. Ea tantum idiomata sunt immediate communicata humanae naturae Christi, quae ad finem unionis (ex usu in officio aestimandum) sunt necessaria et originem ac veritatem humanae naturae non evertunt. III, 70.

154. Nomina officii competunt Christo secundum utramque naturam. III, 126. (74.)

155. Communio operationum est consequens per se communicationis idiomatum ἐνεργητικῶν. III, 71.

156. Wo Gott nicht mit in der Wage ist und das Gewichte gibt, so sinken wir mit unserer Schuessel zu Grunde. III, 72.

157. Est quidem Verbi incarnatio humiliatio, sed non exinanitio. III, 77.

158. Altissimus non potest exaltari. — Non assumentis, sed assumpti est provectio. III, 78.

159. Passione et morte sua coelum nobis promeruit, ascensione vero sua illud nobis aperuit. III, 97.

160. Formam servi post resurrectionem deposuit. Humanitatem vero retinuit. III, 79.

161. Ἡ θεότης χρίσις τῆς ἀνθρωπότητος. III, 101.

162. Christus quidem fuit legis doctor, sed non legislator. III, 105.

163. Christus non est metaphoricus sacerdos, ergo nec metaphorice tantum interpellat. III, 127.

164. Meritum Christi profuit, antequam fuit; contemptus ejusdem obfuit, antequam fuit. III, 256.

165. Par est, ut quisque nostrum non minus gratias agat Christo, quam si ob ipsum solum venisset. III, 141.

166. Non necessum est, ut typus et antitypus etiam in specialibus inter se conveniant. III, 428.

De Fide.

167. Aliud sunt ea, quae creduntur, aliud fides, qua creditur. III, 136.

168. Stulte, quod vides, non est fides. III, 650.

169. Si res clara est et evidens, scitur, non creditur. III, 144.

170. *Σαφὴς τῆς ἀπιστίας ἔλεγχός ἐστι, τὸ πῶς περὶ Θεοῦ ζητεῖν.* III, 137.

171. Quid magis est contra fidem, quam credere nolle, quicquid non possit ratione attingere. III, 139.

172. Qui Christo non credit, multo minus credit in Christum. III, 139.

173. Tantum quisque de hisce bonis possidet, quantum vase fiduciae colligit. III, 140.

174. Fides et verbum relata sunt ac se mutuo respiciunt. III, 146.

175. Scriptura, quando de fide loquitur, interdum magis respicit ad notitiam, interdum magis ad fiduciam. III, 147.

176. Fides justificat non in praedicamento qualitatis, ut est opus, aut virtus, sed *relationis*, in suo correlato seu per suum correlatum, id est, res credita, meritum Christi fide acceptum justificat. III, 149.

177. Non sacramentum, sed fides sacramenti justificat. III, 156.

178. Infantibus aut fides tribuenda, aut salus deneganda. III, 159.

179. Est fides semper efficax per caritatem *ἄνω καὶ κάτω*. III, 162.

180. Spiritus Sanctus non est scepticus, nec dubia aut opiniones in cordibus nostris scripsit, sed assertiones ipsa vita et omni experientia certiores et firmiores. III, 163.

181. Desiderium fidei pro vera fide habendum. III, 164.

182. Fides sola justificat, quamvis numquam sit sola. III, 176. 168.

183. Fides per quodvis peccatum mortale excutitur et amittitur. III, 172.

De Conversione.

184. Ubi conversione opus est, ibi aversio praecessit. III, 172.

185. Forma conversionis consistit in hominis irregeniti ex statu irae et peccati in statum gratiae ac fidei translatione, quae habet actus suos praeparatorios, respectu quorum successive fieri dicitur conversio. Ipsa vero ex statu irae in statum gratiae translatio fit in instanti et in momento. III, 203. 220.

186. Ut velimus, sine nobis operatur; cum autem volumus, et sic volumus, ut faciamus, nobiscum operatur. III, 206.

187. Aliud est desiderium audiendi vel legendi verbum Dei, aliud est desiderium credendi. III, 209.

188. Auditus verbi externus non habet rationem meriti sed medii. III, 209.

189. Contritio per accidens est fremitus adversus Deum. III, 214.

190. Gratia operans in conversione, cooperans in conversis agit et operatur. III, 222.

191. Praeeunte gratia, comitante voluntate. III, 223.

192. Non potest velle sui conversionem. III, 226.

193. Causam discretionis, cur alii convertantur, unice penes hominem esse, dicere nostrates non solent, sed uno ore dicunt omnes, causam, cur convertantur, quicunque convertuntur, non esse penes hominem, sed unice penes Deum; causam autem, cur non convertantur, qui in impietate perseverant, non penes Deum, sed unice penes hominem esse. III, 227.

194. Non tantum vires credendi sunt a Deo, sed et ipsa fides actu. III, 151.

195. Quodsi *diversitatis ratio* quaeratur, cur uni det fidem, alteri non det: certe in Deo reperiri non potest, qui aequaliter erga omnes est affectus. III, 154.

196. Patroni naturae fiunt inimici gratiae. — Gratia non est gratia ullo modo, si non gratis datur omni modo. III, 228.

197. Libertas non converti et libertas converti, etiam positis divinis requisitis, manant *ex diversis principiis*. III, 231.

198. A noluntate ad voluntatem et a potestate gratiam repudiandi ad potestatem eam amplectendi et amplexandi in statu servitutis et corruptionis argumentari non licet. III, 232.

199. *Θές, 'Ακέσιε, κλίμακα, καὶ μόνος ἀνάβηθι εἰς τὸν οὐρανόν.* III, 237.

200. Vera poenitentia nunquam est sera. III, 238.

201. Sera poenitentia raro est vera. III, 239.

202. Quomodo in morte recordabitur Dei, qui non reminiscitur sui? — Latet unus dies ut observentur omnes. — Qui veniam promisit, crastinum non promisit. III, 239.

De Justificatione.

203. Von diesem Artikel kann man nichts weichen oder nachgeben, es falle Himmel und Erden oder was nicht bleiben will etc. III, 240.

204. Hic locus caput et angularis lapis est, qui solus ecclesiam Dei gignit, nutrit, aedificat, servat, defendit, ac sine eo ecclesia Dei non potest una hora subsistere. III, 241.

205. In corde meo iste unus regnat articulus, scilicet, fides Christi; ex quo, per quem et in quem omnes meae diu noctuque fluunt et refluunt theologicae cogitationes. III, 243.

206. Ecclesia discernit justos ab injustis, non lege operum, sed lege fidei. III, 244.

207. Saepe cohorresco, quod Lutherus, nescio quo omine, valde saepe in Galatis et in Genesi vocem illam repetit: „Haec doctrina post mortem nostram rursus obscurabitur.“ III, 245.

208. Justificatio est articulus stantis et cadentis ecclesiae. III, 245.

209. Fit ista absolutio hominis aut reputatio justi intra mentem divinam. III, 247.

210. Justificatio nostra non quidem augetur indies (sicut sanctificatio), sed innovatur indies. III, 252.

211. Deus non vult nobiscum aliter agere, nisi per vocale verbum et sacramenta, quidquid sine verbo et sacramentis jactatur ut Spiritus, est ipse diabolus. III, 155.

212. Gott gibt's; Christus erwirbt's; das Wort verkündigt's; der Glaube empfähet's; die Sacramente versiegeln's; der Heilige Geist bekräftigt's; die Werke bezeugen's; das Kreuz prüft's; der jüngste Tag eröffnet's. III, 261.

213. Gott kann nicht unser Gott sein, er gebe uns denn etwas Aeusserliches, daran wir ihn finden, als das mündliche Wort und die zwei Sacramente. III, 262. 401.

214. Fides nec qualificative, ut virtus est, nec quantitative, ut magna vel parva est, sed relative, ut ad Christum, tanquam objectum suum, refertur ipsumque respicit, in articulo justificationis consideratur. III, 274.

215. Non justificamur propter fidem, tanquam meritum aliquod, sed per fidem, quae meritum Christi apprehendit. III, 268. 273.

216. In evangelicis promissionibus: „Si credideris, salvus eris“, particula „si“ est *συλλογιστική*, denotatur enim modus applicationis divinitus constitutus soli fidei competens. III, 268. 390.

217. Fides ipsa, quatenus instrumentum est, recte dicitur opponi non tantum operibus omnibus obedientiae et pietatis, sed *ipsi fidei*, qua opus vel actus noster est, ejusque virtuti. III, 270.

218. Der Schatz ist wohl aufgethan und jedermann für die Thür, ja, auf den Tisch gelegt; es gehört aber dazu, dass du dich sein auch annehmest und gewisslich dafür haltest, wie die Wort geben. III, 271.

219. Ein Zeuge der Wahrheit hat in allewege das Evangelium also zu treiben, dass er den allgemeinen Gnadenantrag Gottes an alle Menschen sein Hauptwerk sein lasse. Und eine jede Seele, die zum Glauben kommen soll, muss den Grund in der Erkenntniss dieser allgemeinen Rechtfertigung über alle Menschen legen. III, 273.

220. Fides elevata deprimenda. III, 274.

221. Remissio peccatorum est res promissa propter Christum. Igitur non potest accipi, nisi sola fide. III, 274.

222. Fides justificat sola, tametsi nunquam sit sola. III, 278. Sola fides justificat, sed solitaria non existit. III, 279.

223. Nicht alles, was zur Bekehrung gehöret, auch zugleich in den Artikel der Rechtfertigung gehöret. III, 279.

224. Consequi remissionem peccatorum est justificari. III, 282. 283.

225. Peccatum in justificatione tollitur, non ut non sit, sed ut non obsit. III, 282.

226. Die Absolution ist wahrhaftig gewiss und ewig, wenn du auch gleich dran nicht gläubest. III, 712.

De Renovatione et Bonis Operibus.

227. Du musst den Himmel haben und schon selig sein, ehe du gute Werke thust. III, 295.

228. „Wenn man auf dem Wege Gottes still steht, ist es ebensoviel, als wenn man zurückgeht.“ Derowegen, wer angefangen hat, ein Christ zu sein, der ist schuldig, noch dieses zu thun, dass er gedenke, er sei noch kein Christ. ... Ein Christ ist im Werden, nicht im Wordensein. ... Wer derhalben ein Christ ist, der ist nicht ein Christ. III, 304.

229. Wehe demjenigen, der schon ganz erneuert ist. III, 304.

230. Contritio stare non potest cum proposito peccandi. III, 306.

231. Quamdiu in lucta est renatus, tamdiu plenum dominium non habet caro. III, 307.

232. Sie sind wohl feine Osterprediger, aber schändliche Pfingstprediger. Denn sie predigen nichts de sanctificatione et vivificatione Spiritus Sancti. III, 313.

233. Opera bona non sunt nostra sed Dei, per Spiritum suum in nobis efficaciter agentis, opera. I, 12.

234. Lex orandi est lex credendi et agendi. II, 233.

235. Coronat Deus intus voluntatem, si non invenit bene operandi facultatem. III, 211.

236. Si divitias Zachaei non habes, si desint tibi duo minuta viduae, si nec calicem aquae frigidae potes offerre, offer Deo bonam voluntatem. III, 211.

237. Fides bonae voluntatis genetrix est. III, 224.

238. Darum sind die zwei Sprüche wahr: Gute, fromme Werke machen nimmermehr einen guten, frommen Mann; sondern ein guter, frommer Mann machet gute, fromme Werke. Böse Werke machen nimmermehr einen bösen Mann, sondern ein böser Mann machet böse Werke. III, 315 s.

239. In cultu divino etiam, qui disparatus est, est contradictorius. III, 319.

240. Perperam intentio bona appellatur, quod Dei intentioni adversatur. III, 319. (322.)

241. Was Gott auf Erden thut durch seine Christen und Heiligen, das soll nicht gleissen noch scheinen vor der Welt; sondern schwarz sein, verachtet und verdammet werden vom Teufel und der Welt. III, 320.

242. Bona opera non praecedunt justificandum, sed sequuntur justificatum. III, 323.

243. Malum nascitur ex quovis defectu. III, 323.

244. Wehe dem allerlöblichsten Leben, so es ohne Gnade gerichtet wird. III, 328.

245. Extra causam justificationis nemo potest bona opera a Deo praecepta satis magnifice commendare. III, 329.

246. Die Werke, so zur Erhaltung äusserlicher Zucht gehören, welche auch von den Ungläubigen und Unbekehrten geschehen und gefordert werden, obwohl vor der Welt dieselben löblich, dazu auch von Gott in dieser Welt mit zeitlichen Gütern belohnet werden, jedoch, weil sie nicht aus rechtem Glauben gehen, sind sie vor Gott Sünde. . III, 336.

De Verbo Legis et Evangelii.

247. Lex et evangelium sunt divinae revelationis capita, ad quae omnia, quae in Scripturis traduntur, revocari possunt. I, 114.

248. Der Unterschied des Gesetzes und Evangelii ist als ein besonder herrlich Licht mit grossem Fleiss in der Kirche zu erhalten. III, 339.

249. In Scripturis evangelio quidem assignatur saepius nomen legis, nunquam vero legi tribuitur appellatio evangelii. III, 342.

250. Alles, was die Sünde strafet, ist und gehört zum Gesetz, dessen eigen Amt ist, Sünden strafen und zur Erkenntniss der Sünden führen. III, 342. (391.)

251. Weil nun das Evangelium, welches allein eigentlich lehret und beflehlet an Christum glauben, Gottes Wort ist, so straft der Heilige Geist durch das Amt des Gesetzes auch den Unglauben. III, 342 s.

252. Distributio decalogi non est canonicae autoritatis, sed res media et indifferens. III, 345.

253. Praecepta negativa includunt contraria affirmativa et affirmativa includunt contraria negativa. III, 346.

254. Praecepta aut prohibita specie aliqua praecipua, etiam cognatae species, sive totum genus praecipitur aut prohibetur. III, 356.

255. Wo nun Mosis Gesetz und Naturgesetz ein Ding sind, da bleibt das Gesetz und wird nicht aufgehaben äusserlich. III, 348. 374.

256. Warum lehrt und hält man denn die zehn Gebote? Antwort: Darum, dass die natürlichen Gesetze nirgend so fein und ordentlich sind verfasset, als im Mose. III, 349.

257. Darum ist das nicht wahr, dass keine Ceremonien in den zehn Geboten sind oder keine Judicialia; sie sind und hangen drinnen und gehören hinein. III, 350.

258. Die es dafür achten, dass die Ordnung vom Sonntag für den Sabbath als nöthig aufgerichtet sei, die irren sehr. III, 351.

259. Quae Moses et prophetae ostendunt pertinere non tantum ad Israelitas, sed ad omnes gentes, ea sunt legis moralis praecepta. III, 368.

260. Abstinentia a sanguine et suffocato praecepta erat, ut synagoga judaica cum honore sepeliretur. III, 368.

261. Christianus proprie definitus est liber ab omnibus legibus, et nulli prorsus nec intus nec foris subjectus. III, 373.

262. Die Liebe, eine freie Kaiserin über das Gesetz — Meisterin über alle Gesetze. III, 377.

263. Summum jus, summa injustitia. III, 377.

264. Data est lex moralis ad vitam aeternam, sed sub conditione perfectae impletionis. III, 378.

265. Evangelium gibt und heisst nehmen, Gesetz fordert und sagt: Das sollst du thun. III, 389.

266. Wann es ingemein verstanden wird von der ganzen Lehre, so sagt auch die Apologia etzlichmal, das Evangelium sei eine Predigt von der Buss und Vergebung der Sünden. III, 392.

267. Wo du des Gesetzes nicht also allerdings vergisst, dich sein abthust, und denkst, als wäre kurzum gar kein Gesetz mehr, sondern eitel lauter Gnade, so vermagst du nicht selig zu werden. III, 393.

268. Videmus legem et evangelium, quae inter se longissime distincta et plus quam contradictoria separata sunt, affectu conjunctissima esse. III, 395.

De Sacramentis.

269. Gott kann nicht unser Gott sein, er gebe uns denn etwas Aeusserliches, daran wir ihn finden, als das mündliche Wort und die zwei Sacramente. III, 400. 262.

270. Sine externa re nulla salus contingit. III, 415.

271. Generalis doctrina de sacramentis ex iis, quae in specie de singulis in Scriptura habentur, deducenda est. III, 404.

272. Sacramenta dicuntur verba visibilia. III, 400.

273. *Ὄργανα δοτικὰ* et *προςφερόμενα* a parte Dei sunt verbum et sacramenta. III, 266.

274. Non confundi debent actio verbi et sacramentorum, quatenus fidem generant, alunt atque excitant, et actio verbi, prout ad justificationem concurrit proxime. Cum enim in priori actione verbum et sacramenta sese habeant ut organa tum effectiva virium supernaturalium ad credendum, tum excitativa motuum spiritualium fidei, in posteriori, sc. in justificatione, organa saltem dativa sunt, collativa et obsignativa boni justifici, quod est obedientia Christi. III, 261.

275. Accedit verbum ad elementum, et fit sacramentum. III, 408. 411. 471. 504. 447.

276. Nihil habet rationem sacramenti extra usum, qui institutus est a Deo. III, 504. 505.

277. Es muss unser Glaube und Sacrament nicht auf der Person stehen, sie sei fromm oder böse, geweihet oder ungeweihet, berufen oder eingeschlichen, der Teufel oder seine Mutter, sondern auf Christo, auf seinem Wort, auf seinem Amt, auf seinem Befehl und Ordnung. III, 409.

278. Nos existimamus in nullo mutilari et debilitari posse divina beneficia, nec minus aliquid illic posse contingere, ubi plena et tota fide et dantis et sumentis accípitur, quod divinis muneribus hauritur. III, 446.

279. Non sacramentum, sed fides sacramenti justificat. III, 156. 420. 470.

280. Justificat, non quia fit, sed quia creditur. III, 156. 420. 470.

281. In actione sacramentali distinguendum est inter *δόσιν καὶ δόσεως τρόπον*, inter *λῆψιν καὶ λήψεως τρόπον*; *δόσις καὶ λῆψις* necessaria sunt, *τρόπος δόσεως καὶ λήψεως* arbitrarius. III, 445.

282. Si hoc maneat fixum et firmum sacramenta esse organa efficacia conferendae gratiae, et Deum una indivisa actione operari per illa et conferre gratiam, quod Scripturae s. satis diserte docent, de modo operandi et conferendi gratiam ne simus nimis scrupulosi, sed eum potius divinae sapientiae relinquamus. III, 414.

283. Corda simul per verbum et ritum movet Deus, ut credant et concipiant fidem sicut ait Paulus (Rom. 10, 17.): „Fides ex auditu est.“ Sicut autem verbum incurrit in aures, ut feriat corda: ita ritus ipse incurrit in oculos, ut moveat corda. *Idem effectus est verbi et ritus*, sicut praeclare dictum est ab Augustino, sacramentum esse „verbum visibile“, quia ritus oculis accipitur et est quasi pictura verbi, idem significans, quod verbum. Quare idem est utriusque effectus. III, 414.

284. Damnamus totum populum scholasticorum doctorum, qui docent, quod sacramenta non ponenti obicem conferant gratiam ex opere operato sine bono motu utentis, h. e., sine fide. III, 416.

285. Si dat gratiam mihi sacramentum, quia *suscipio*, jam vere ex opere meo, non ex fide gratiam obtineo. III, 416.

286. Sicut Deus per verba ista circumcisionem in sua specie, ut sic loquar, et in actu signato fecit sacramentum, ita in exercitio, per verba in institutione ista fundata, individualis quilibet actus faciendus est. III, 424.

287. Prosapia messiae ad Isaacum restringitur, non foedus circumcisionis. III, 425.

288. In sacramento Deus offert et confert gratiam hominibus; in sacrificiis offerunt homines munus Deo ad consequendam ejus gratiam. III, 427.

289. Sacramenti usurpatio est nota confessionis et doctrinae. III, 643.

De Baptismo.

290. Qualis est fides ecclesiae de hujus articuli substantialibus, talis quoque est baptismus. III, 441.

291. Ubicunque administratur verus et integer baptismus, ibi est lavacrum regenerationis et renovationis, ibi etiam salus offertur baptizatis. III, 647.

292. *Δεῖ ἡμᾶς βαπτίζεσθαι μὲν, ὡς παρελάβομεν· πιστεύειν δὲ, ὡς βαπτιζόμεθα· δοξάζειν δὲ, ὡς πεπιστεύκαμεν, πατέρα, καὶ υἱὸν, καὶ ἅγιον πνεῦμα.* III, 441.

293. Non sonus verborum attendendus est, sed verus ille sensus, quem Christus in institutione baptismi intendit. III, 441.

294. Non magis baptismum licet fingere sine aqua, quam sacram coenam sine pane et vino. III, 444.

295. Baptismus nihil est aliud, quam verbum Dei cum mersione in aquam, secundum ipsius institutionem et mandatum. III, 447.

296. Omnes aquae a Christo in Jordane consecratae sunt. III, 461.

297. Distinguendum est inter ecclesiam constitutam et constituendam. III, 464.

298. Contemtus sacramenti damnat, non privatio. II, 214. III, 466.

299. Unde ista tanta virtus aquae, ut corpus tangat et cor abluat, nisi faciente verbo? Non quia dicitur, sed quia creditur. III, 471.

300. Peccatum tollitur in baptismo, non ut non sit, sed ut in peccatum non imputetur. II, 306. III, 473.

301. Tollitur per baptismum reatus et dominium peccati, non radix aut fomes peccati. III, 483.

302. Vides, quam periculosum, imo falsum sit opinari poenitentiam esse secundam tabulam post naufragium, et quam perniciosus sit error putare per peccatum excidisse vim baptismi, et navem hanc esse illisam. III, 485.

303. In baptismo stat prima gloria conscientiae nostrae. III, 485.

304. Es ist klar: es möge niemand zu viel sich auf solch Bad und Wiedergeburt verlassen, es ist noch mehr da. III, 485.

De Sacra Coena.

